

## 33 Disp.II.Part.III.de varijs mat:I.difficultat. 34

*Ottavo.* Quod non habet actum Essentia, nec habet actum existentia, sed materia prima non habet actum essentia, nec enim habet actum illum entitatum, ergo nec habet actum existentia, alioquin existentia esset nobilior essentia, quod falso est.

Confirmatur. Primum principium naturale non est compositum ex actu, & potentia, sed si materia prima haberet existentiam de se, cum de se sit etiam potentia, esset actus, & potentia, ideoque non esset primum principium materiale.

*Nono.* Si haberet propriam existentiam, posset existere sine forma sicut diuinus, sed hoc non, ergo neque prius; Maior patet, minor probatur; plus dependet materia a forma, quam forma a materia; sed formae materiales non possunt separari a materia, forma enim qui non potest existere separata a materia equi, ergo multo minus materia equi a forma equi.

*Decimo.* Omne esse est a forma secundum Boetium, sed existentia est ipsum esse, ergo existentia materia est a forma.

*Undecimo.* Quod non potest maius, illud nego potest minus in eodem genere; sed relatio est maioris entitatis, quam materia prima, & tamen relatio non potest existere sine suo fundamento, & termino, ergo multo minus poterit materia prima existere sine forma, cum sit minoris entitatis, quam relatio, est enim prope nihil ex S. Augustino citato.

Ad maiorem intelligentiam praesentis difficultatis indicandum foret, quid sit existentia, & quid subsistentia; quia tamen paucis carum naturali exponere esset ignotum per ignotius explicare, ad sufficiendum verò dicere non est huius loci, de virtutique natura vide in nostra Metaphysica, ubi de carum quidditate copiosè iuxta famosas scholas opiniones verba fecimus.

### CLYPEVS SECUNDVS.

*Quod materia prima habeat actum entitatum, propriamque existentiam, his suadent argumentis*

*Scotista.*

*De actu entitatu sic probare possunt. Primo:* Estque eorum principale fundatum: Distinguunt Scotisti triplicem actu, nam sicut triplex est potentia, ita & triplex actus, quia cuiilibet potentia respondere debet actus, primo ergo actus sumitur pro operatione aliqua, & potentia, quae huic actu respondet, vocatur potentia activa; secundo pro actu formalis, qui est actus Physicus, seu forma Physica praesupponens subiectum aliquod, ex quo fiat, huic actu potentia subiectua respondet, cum enim omnes formae materiales educantur de potentia materia, potentia, quae est receptio formarum, recte appellabitur potentia subiectua; tertio sumitur actus pro actu entitatu, & huic correspondet potentia obiectua, quae nihil est aliud, quam ipsa res, quae est obiectu aliquius potentie producitu: unde omne, quod non est in sensu natura, & tamen potest esse, dicitur esse in potentia obiectua.

*Nam, 1. Ponitur distinctione, quod materia prima de se habet actuum entitatum.*

*Primo:* Distinguit Scotista triplicem actu, nam sicut triplex est potentia, ita & triplex actus, quia cuiilibet potentia respondere debet actus, primo ergo actus sumitur pro operatione aliqua, & potentia, quae huic actu respondet, vocatur potentia activa; secundo pro actu formalis, qui est actus Physicus, seu forma Physica praesupponens subiectum aliquod, ex quo fiat, huic actu potentia subiectua respondet, cum enim omnes formae materiales educantur de potentia materia, potentia, quae est receptio formarum, recte appellabitur potentia subiectua; tertio sumitur actus pro actu entitatu, & huic correspondet potentia obiectua, quae nihil est aliud, quam ipsa res, quae est obiectu aliquius potentie producitu: unde omne, quod non est in sensu natura, & tamen potest esse, dicitur esse in potentia obiectua.

*Secunda:* huic ergo potentiae debet aliquis correspondere actus, qui non potest aliter vocari, quam entitatus, ex eo quod qualibet res habens positionem extra causas, seu habens entitatem realem habeat illum actu, ergo cum materia prima sit extra causas (non enim est nihil) dicendum quoque est, quod habeat illum actu, entitatum, ideo autem entitas positiva extra causas dicitur actu, quia correspondet potentiae obiectui, in qua res erat, antequam produceretur, & pomeretur extra causas.

Aperitur amplius istud totum hoc processu: Res qualibet, antequam actu existat, habet suum esse possibile, antequam enim mundus factus, potuit fieri, inquiritur ergo, vbi nam erat illud esse possibile v.g. ante creationem mundi, vbi nam erat mundus secundum suum esse possibile?

Respondent Scotisti, quod mundus esset in aliquo esse obiectivo, quod esse obiectuum vocatur esse potentiale, unde ex hoc fundamento sic argumentantur: Cuilibet potentiae responderet actu, qui cessante potentia introducitur ipse actu illi potentia correspondens, ergo quando mundus transit ab esse obiectivo, & potentiali ad esse actuale, necessario debet acquirere actu per illum transitum, qui actu vocatur entitatum ob causam praedictam.

*Secundo.* Materia creata est a Deo, estque secunda in composito existens, ergo habet aliquam existentiam realem, alioquin non esset ens reale. Sed essentia materie non constituitur intrinsecè in suo esse essentia per formam, ergo per seipsum habet entitatem sua essentia. Minor probatur, quia forma non constituit intrinsecè aliquam naturam in suo esse, nisi compонendo illam per modum actu, forma autem non componit essentiam materia per modum actu, ut manifestum est, quandoquidem materia est simpliciter entitas.

*Tertio.* Illud est actu entitatus, de quo verificatur esse in propositione de secundo adiacente, quia in his propositionibus copula verbalis significat actualem existentiam, que est actualitas: sed vera est propositione, materia est, ergo actualitas verificatur de materia solitaria sumptu.

*Quarto.* Nisi materia haberet actu, totum compositum non esset actuale, at composite Physica sunt actualia, sive secundum se tota actu, ergo &c.

*Quinto.* Quod habet differentiam, habet actu, differentia enim omnis est actu, quia ex Aristotele actu distinguit, at materia prima distinguitur ab alijs entibus, immo secundum plures materia rerum generabilium specie differat ab alijs, & omnis differentia sit per actu, ipsa quae habebit actu. Confirmatur: Quia quidquid ponitur in praedicamento substantia, excepto supremo genere, componitur ex genere, & differentia, sed cum materia sit substantia, habebit genus, & differentiam, ergo & actu.

*Sexto.* In generatione agens naturale non producit omnem actu, alioquin crearet, ergo praesupponit materiam tanquam eius actu, ex quo formas educat.